Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

salut fierent cotidie in templum. Petrus autem i iohannes ascendebant in templum. ad horam orationis nonam. i quidam uir qui erat claudus ex utero matris sue baiolabatur. Tu autem. & Honorabitur. a. Lumen ad uelandum. ad vs. Alla. ps. Hili dius. & Ire in orbem. In octaua ascensionis. In uiii. Alla. & Regem ascendentem. Cetera omnia agantur ut i festo ascensionis. Y. prima.

PEtrus autem i iohes simul ascendebant in templum ad horam orationis nonam. i quidam uir qui erat claudus ex utero matris sue baiolabatur. Quem ponebant cotidie ad portam templi que dicitur speciosa. ut peteret elemosinam abintroeuntibus in templum. Qui cum uidisset petrum i iohannem mapien tes mittere in templum. rogabat ut elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne dixit. Respice in nos. at ille intendebat in eos. sperans se aliquid acceptum abeis. Tu autem. Lectio. iij.

PEtrus autem dixit. Argentum i aurum non est michi. quod autem habeo hoc tibi do. In nomine ihu xti nazareni surge i ambula. i apprehensa eius manu dextera alleuauit eum. ipsi uero solidate sunt bases eius i plante. i exiliens stetit. i ambulabat. i intrauit cum illis in templum. ambulans i exiliens. i laudans deum. Tu. Y. iiij.

ET uidit omnis populus eum ambulantem. i laudantem deum. Cognoscebant autem illum qm ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi.